EDITORIAL BOILEAU
www.boileau-music.com

Índex / Summary / Índice

Prefaci 5
Preface 6
Prefacio 7

- Text en llatí extractat dels Oficis Divins 9
- Adaptació lliure al català de Text extractat dels Oficis Divins. 11

Solenne Cantata Virgo Maria

I. Immaculata / Immaculada 13
II. Anuntiatione / Anunciació 23
III. Nativitate / Nativitat 40
IV. Aegyptum / Fugida a Egipte 59
V. Calvarium / Calvari 67
VI. Assumptione / Assumpció 81

Biografia / Biography 123
Biografía 124

sample

EDITORIAL BOILEAU
Text extractat dels Oficis Divins
www.boileau-music.com

I - IMMACULATA

Tota púlchra es, María,
et mácula originális non est in te.
Tota púlchra.

Vestiméntum túum cándidum quasi nix,
et fácies túa sicut sol.
Tu glória Jerúsalem, tu laetitia Israel,
tu honorificéntia pópuli nostri.

Benedícta es tu, Virgo María,
a Dómino Deo excélso, prae ómnibus
muliéribus super térram.

Tráhe nos, Virgo immaculáta,
post te currémus in odórem
unguentórum tuórum.

Gloriósa sunt de te María:
quia fécit tibi mágna qui pótens est.

II - ANNUNTIATIONE

Missus est angelus Gábriel
a Deo in civitátem Galilaeae,
cui nómen Názareth,
ad Vírginem desponsátam viro,
cui nómen erat Jóseph,
de domo Dávid,
et nomen Vírginis María.

Et ingréssus angelus ad eam
díxit: Ave grátia plena: Domínus técum:
Benedícta tu in muliéribus.

Quae cum audísset,
turbáta est in sermóne eius,
et cogitábat qualis esset
ista salutátio.

Et ait Angelis ei: Ne tímeas María,
invenísti enim grátiam apud Deum:
ecce concípies in útero, et páries fílium,
et vocábis nómen eius Jésum.

Dixit autem María ad Angelum:
Quómodo fied istud,
quóniam virum non cognósco?

Et respóndens Angelus dixit:
Spíritus sanctus supervéniet in te,
et virtus Altíssimi obumbrábit tibi.
Ideóque et quod nascétur ex te
sanctum, vocábitur Fílius Dei.

Dixit autem María: Ecce ancílla Dómini,
fiat mi secúndum verbum túum.

III - NATIVITATE

Gáudet exércitus Angelórum:
quia salus aetérna humáno géneri appáruit

Glória in excélsis Deo,
et in terra pax omínibus bónae voluntátis.

Quem vidístis, pastóres? dícite,
annunciáte nobis, in térris quis appáruit?

Nátum vídimus et chóros Angelórum
collaudántes Dóminum.

Dícite, quidnam vidístis?
et annunciáte Christi Nativitátem.
Natum.

Ave María, grátia plena
Dóminus tecum. Al·leluia.

IV – AEGYPTUM

(Veus sense paraules)

V – CALVARIUM

Stábat Mater dolorósa
Iuxta crúcem lacrimósa
Dum pendébat Filius.

Cujus animam geméntem
Contristátam et doléntem
Pertransívit gládius.

O quam tristis et aflicta
Fuit illa benedícta
Mater Unigéniti!

Quae maerébat et dolébat.
Pia Mater, dum vidébat
Nati poemas inclyti.

Quis est homo qui non fléret,
Matrem Christi si vidéret
In tanto supplicio?

Quis non pósset contristári,
Christi Matrem contemplári
Doléntem cum Filio?

Pro peccatis suae gentis
Vidit Jesum in torméntis
Et flagéllis súbditum.

Vídit súum dúlcem nátum
Moriéndo desolátum
Dum emissit spíritum.

Eja mater, fons amóris,
Me sentire vim dolóris
Fac, ut tecum lúgeam.

Fac ut árdeat cor meum
In amándo Christum Deum,
ut sibi compláceam. Amen.

VI – ASSUMPTIONE

Al·leluia
Assúmpta est María in caélum:
gaudet exércitus Angelórum

Quae est ísta, quae ascéndit
sicut auróra consúrgens?
púlchra ut lúna, elécta ut sol ,
terríbilis ut castrórum ácies ordináta

Virgo prudentíssima, quo progréderis,
quasi aurora valde rútilans?
Fília Sion, tota formósa et suávis es:
púlchra ut luna, elécta ut sol.

Al·leluia. Assúmpta est María in caélum
Gaudent Angeli. Laudántes benedícunt
Dóminum Assúmpta est María in caélum
gaudet exércitus Angelórum.

Optimam pártem elégit sibi María,
quae non auferétur
abéa in aetérnum.

María Virgo assúmpta est
ad aethérum thálamum,
in quo Rex régum
stelláto sédet sólio.

In odórem unguentuórum tuórum curri-
mus: adolescéntulae dilexérunt te nimis.

Bendicta fília tu, a Dómino, quia per te
frúctum vitae communicávimus.

Pulchra es et décora, fília Jerúsalem:
terríbilis ut castrórum ácies ordiná

EDITORIAL BOILEAU
www.boiteau-music.com

I. IMMACULATA

Manuel Blancafort
(1897- 1987)

© Copyright 2013 by Manuel Blancafort Rosselló. All rights reserved.
© Copyright 2013 by E. M. Boileau, S. L. Drets d'edició per a tots els països / Derechos de edición para todos los países.